

Bijlage VWO
2019

tijdvak 2

Latijnse taal en cultuur

Tekstboekje

Tekst 1

Philemon en Baucis

664 Ponitur hic bicolor sinceræ baca Minervæ
665 conditaque in liquida corna autumnalia faece
666 intibaque et radix et lactis massa coacti
667 ovaque non acri leviter versata favilla,
668 omnia fictilibus; post hæc caelatus eodem
669 sistitur argento crater fabricataque fago
670 pocula, qua cava sunt, flaventibus inlita ceris.
671 Parva mora est, epulasque foci misere calentes;
672 nec longæ rursus referuntur vina senectæ
673 dantque locum mensis paulum seducta secundis.
674 Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis
675 prunaque et in patulis redolentia mala canistris
676 et de purpureis collectæ vitibus uvæ;
677 candidus in medio favus est. Super omnia vultus
678 accessere boni nec iners pauperque voluntas.
679 Interea totiens haustum cratera repleri
680 sponte sua per seque vident succrescere vina;
681 attoniti novitate pavent manibusque supinis
682 concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon
683 et veniam dapibus nullisque paratibus orant.
684 Unicus anser erat, minimæ custodia villæ,
685 quem dis hospitibus domini mactare parabant;
686 ille celer penna tardos ætate fatigat
687 eluditque diu tandemque est visus ad ipsos
688 confugisse deos. Superi vetuere necari
689 "Di" que "sumus, meritasque luet vicinia poenas
690 impia" dixerunt; "vobis immunibus huius
691 esse mali dabitur. Modo vestra relinquitte tecta
692 ac nostros comitate gradus et in ardua montis
693 ite simul." Parent ambo baculisque levati

694 nituntur longo vestigia ponere clivo.
695 Tantum aberant summo quantum semel ire sagitta
696 missa potest; flexere oculos et mersa palude
697 cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.

Ovidius, Metamorphoses 8.664-697

Tekst 2

Ovidius' autobiografie

55 Utque ego maiores, sic me coluere minores,
56 notaque non tarde facta Thalia mea est.
57 Carmina cum primum populo iuvenilia legi,
58 barba resecta mihi bisve semelve fuit.
59 Moverat ingenium totam cantata per urbem
60 nomine non vero dicta Corinna mihi.
61 Multa quidem scripsi, sed, quae vitiosa putavi,
62 emendaturis ignibus ipse dedi.
63 Tunc quoque, cum fugerem, quaedam placitura cremavi,
64 iratus studio carminibusque meis.
65 Molle Cupidineis nec inexpugnabile telis
66 cor mihi, quodque levis causa moveret, erat.
67 Cum tamen hic essem minimoque accenderer igni,
68 nomine sub nostro fabula nulla fuit.
69 Paene mihi puero nec digna nec utilis uxor
70 est data, quae tempus perbreve nupta fuit.
71 Illi successit, quamvis sine crimine coniunx,
72 non tamen in nostro firma futura toro.
73 Ultima, quae mecum seros permansit in annos,
74 sustinuit coniunx exulis esse viri.
75 Filia me mea bis prima fecunda iuventa,
76 sed non ex uno coniuge, fecit avum.
77 Et iam complebat genitor sua fata novemque

78 addiderat lustris altera lustra novem.
79 Non aliter flevi, quam me fleturus ademptum
80 ille fuit. Matris proxima busta tuli.
81 Felices ambo tempestiveque sepulti,
82 ante diem poenae quod periere meae!
83 Me quoque felicem, quod non viventibus illis
84 sum miser, et de me quod doluere nihil!
85 Si tamen extinctis aliquid nisi nomina restant,
86 et gracilis structos effugit umbra rogos:
87 fama, parentales, si vos mea contigit, umbrae,
88 et sunt in Stygio crimina nostra foro,
89 scite, precor, causam (nec vos mihi fallere fas est)
90 errorem iussae, non scelus, esse fugae.
91 Manibus hoc satis est: ad vos, studiosa, revertor,
92 pectora, quae vitae quaeritis acta meae.
93 Iam mihi canities pulsus melioribus annis
94 venerat, antiquas miscueratque comas,
95 postque meos ortus Pisaea vinctus oliva
96 abstulerat deciens praemia victor eques,
97 cum maris Euxini positos ad laeva Tomitas
98 quaerere me laesi principis ira iubet.
99 Causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae
100 indicio non est testificanda meo.

Ovidius, Tristia 4.10.55-100

Ga verder op de volgende pagina.

Tekst 3

Ceyx is van plan een verre reis te maken. In de onderstaande tekst probeert zijn vrouw Alcyone hem daarvan te weerhouden. Ze begrijpt niet hoe hij haar alleen kan achterlaten en is daar heel verdrietig over. En als hij per schip moet reizen, vreest ze ook nog voor zijn leven.

421 "Wat heb ik fout gedaan om je op dit idee te brengen?
422 Ubi est quae cura mei prior esse solebat?
423 Iam potes Alcyone securus abesse relicta?
424 Iam via longa placet? Iam sum tibi carior absens?
425 At, puto, per terras iter est, tantumque dolebo,
426 non etiam metuam, curaeque timore carebunt.
427 Aequora me terrent et ponti tristis imago:
428 et laceras nuper tabulas in litore vidi
429 et saepe in tumulis sine corpore nomina legi.
430 Neve tuum fallax animum fiducia tangat,
431 quod socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
432 contineat ventos, et, cum velit, aequora placet.
433 Cum semel emissi tenuerunt aequora venti,
434 nil illis vetitum est, incommendataque tellus
435 omnis et omne fretum est; caeli quoque nubila vexant
436 excutiuntque feris rutilos concursibus ignes.
437 Quo magis hos novi — nam novi et saepe paterna
438 parva domo vidi — magis hos reor esse timendos.
439 Maar als je plan door geen smeekbede kan worden veranderd,
440 lieve echtgenoot, en je vastbesloten bent te vertrekken,
441 neem mij dan mee!"

Ovidius, Metamorphoses 11.421-441

Aantekeningen

regel 422

quae cura mei *Lees: cura mei quae*

cura mei *jouw liefde voor mij*

regel 423

Alcyone relictā *ablativus absolutus*

regel 425

At, puto, per terras iter est *Je kunt toch ook over land reizen*

tantum *alleen maar*

-que *en in dat geval*

regel 426

non etiam *niet ook nog*

curae *(meervoud) verdriet*

regel 427

Aequora *(onzijdig meervoud) golven*

regel 428

tabulas *namelijk van schepen die vergaan waren*

regel 429

tumulis sine corpore *namelijk van mensen die op zee verdronken waren en voor wie een leeg graf was opgericht*

regel 430-431

Neve t/m **quod** + *coniunctivus* *En je moet geen valse hoop ontlenen aan het feit dat*

regel 431

Hippotades *zoon van Hippotes (Hiermee wordt Aeolus bedoeld, de god die heerst over de winden; Aeolus was Alcyone's vader)*

carcere *De winden worden voorgesteld als gevangenen, die af en toe vrijgelaten worden*

regel 432

aequora *(onzijdig meervoud) golven*

regel 433

placet *coniunctivus van placare*

emitto *vrijlaten*

teneo *bereiken*

aequora *(onzijdig meervoud) golven*

regel 434

incommendata *Vul aan: est*

regel 435

est *Vul aan: incommendatum*

regel 435-436

vexant, excutiunt *Onderwerp: de winden*

regel 436

excutio *omlaag smijten*

concursum, -us *botsing*

concursum *namelijk van de nubila (regel 435)*

regel 437-438

Quo magis ... magis *Hoe beter ... des te meer*

regel 437

hos *Hiermee worden de winden bedoeld*

paterna *ablativus; Alcyone's vader was Aeolus, de god die heerst over de winden*

regel 438

parva *nominativus vrouwelijk enkelvoud; predicatief vertalen*